Cista est 4. regula: t dicit q̄ v̄rina spissa q̄ est crisis egritudinū splenis aut febrīi pmixtarum est bona: t cā est: q̄r ista significat finez illoꝝ morboꝝ consupta mā. Et subdit q̄ in ista nō expectet equalitas in mō substantie: q̄r natu- ra impedif i expellēdo. **E**t nota q̄ durāte crisi nō vult q̄ expectet eqlitas v̄rine qm̄ nā est occupata i expellēdo humores ita grossos non obstante q̄ sint digesti q̄ v̄rina per totum tempus crisis est grossa.

Curina ad vltimiſ turbulēta significat hūorū multitudinem t naturam ab eis occupatam in maturando eos.

Ciste est quītus canō de turbida istis incidenter imixtus dicit q̄ v̄rina turbida vltimate significat humoꝝ multi- tudinē t naturā ab eis occupataꝝ i maturando eos. Et rō est: q̄r cū significet materias expelli ostēdit q̄ nā laborat i maturādo maxie: q̄r significat q̄ nō sunt iegre digesti.

Curina spissa in qua sedimē existit arenosum significat lapidem.

Chic est sext⁹ canō t dicit q̄ v̄rina spissa cū arenoso sedi- mine significat lapidē. Exquo enīz est spissa significat ma- teria grossaz viscosam. Et q̄r sunt ibi arenule significat q̄ inspissatur t induratur in lapidem aut in renibus aut in vesica. De hoc tamē infra cum de hypostasi dicemus.

Curina spissa q̄ apātuꝝ significat aptiōne co- gnoscit ex eo qđ ei admisceſt t ex eo qđ pcessit. ex eo. n. qđ admisceſt sic pure qđ malis odorū dmoſtrat: t exēſitib⁹ q̄ cū ea sepanē sicut petala alba t rubea aut sicut furfur aut alia ab istis ex eis p̄ que cognoscit. **E**x eo quidē qđ pre- cessit qm̄ ibi pri⁹ fuit significatio apātis aut vlceris i vesica aut rene aut epate aut i ptib⁹ pe- cotoris t significat huius apātis aptiōne si ante ipsaz v̄rina fuit similis loture carnis recentis qđ est ex gibbositate apātis. Et si egestio talis fuit apātis qđ est in eius cōcanitate. t si anhe- litus coangustatio pcessit t tussis sicca t do- lor in membris pectoris pungitiuꝝ. tūc apo- stema qđ est apertum est lateris t exiuit a par- te arterie maioris. t si in pure illo est matura- tio conueniens est.

Chic est septīa regula dicens q̄ v̄rina spissa cognoscit s,

gnificare apertōne apostematis p̄ ea que pcedunt t p ea que cū v̄rina cōmisen̄. **I**llud aut̄ quod cōmiserit cū v̄rina q̄ significat apertōne apostematis ē sanies q̄ cognoscit: q̄r fetet aut q̄ illud qđ misceſt erit aliqđ de reb⁹ que a mēbro sepanē sicut petala alba aut rubea aut furfurea: aut alia ab istis sicut sunt quedā filosa. **S**z illud quod pcessit v̄rinā t fac̄ cognosci q̄ significat apertōne apātis est q̄ prius i homine illo fuerit signa apostematis i inter- iorib⁹: sicut verbi gratia. in rene aut vesica aut epate aut in partib⁹ pectoris: t etiā si ante v̄rinā cū sanie fuerit v̄ris similis loture carnis recētis significat apostēa esse i con- cauo epatil: s̄z si fuerit ante hanelit⁹ angustatio t tussis sic- ca t dolor i mēbris pectoris pōgitiuꝝ significat q̄ fuit apo- stema i pectore t q̄ sanies exiuit ex latere arterie vicinioris: t si pus illud est maturū erit conueniēs. **E**t attēde q̄r numerādo signa q̄ sunt ante eruptionē apostematis dixit aut vlceris. Nā vlc⁹ nō pcedit eruptionē apostematis: t iō p vlcus debem⁹ intelligere exiuitā. Aut h̄ verificat: q̄r ali- quādo vlcus cū debilitat mēbrū ē cā apostematis: t tale vlcus precedit illius apostematis apertōne.

Et est cū sanus evacuatus qui exercitiuꝝ re- linqt migit v̄rinā sicut pus t virus tenue quo ipſi⁹ purgaſt corp⁹ t eins auferſlaritas quā ex- exercitiū dimiſſione consecutus est.

Hec ē 8. regula que posset tñ potius ponī p̄ vna ḡtingē- tia: t est q̄ cōtingit hominez sanū migere v̄rinā sicut pus t virus tenue t maxime cū dimiserit exercitiuꝝ: t p hanc purgabiliſ eius corpus: t remouebiliſ ab eo laxitudo: quam fuerat cōsecutus pp dimissionē exercity. Et hoc cōtingit q̄r natura materia hanc aggregatā digerit digōne in nocē- tio sine eius putrefactiōe. Deinde expellit p̄ v̄rinā: t hoc nō est veyz pus nec veyz virus cū in ea nō sit putredo: sed est sicut pus: q̄r similis illi: t hic sumit sanus p omni eo q̄ nō est eger. Nā ex quo lassitudinē patiebatur potius erat neutrū q̄ sanum corpus eius.

Et ē etiāz cum in epe aut in eo qđ est coram ipso fiunt oppilationes t plerūq; contingit vt earuz apertōne fit v̄rina spissa propterēa q̄ earuz egreditur materia. t hec talis spissitudo non est pus. Sed in ipsa q̄ est post apātis apertōne est pus. Et cū hec v̄rina fuerit cum spissitudine t ad nigredinē traxerit t cū ea fue- rit in latere sinistro dolor erit tūc ex parte sple- nis. Et scđm hanc considerationē si supra fe- mur fuerit aut i sumitate vētris erit tunc ex pte- stōi. Hoc tñ sepi⁹ ē ex pte epiſ t cānalī v̄rine.

Chic ponit nonā regulā dicens q̄ ḡtingit fieri opilationes in epate aut i eo quod ē corā ipso de mēbris vt stomacho aut splene aut pectoris. Et cōtingit q̄r p̄ apertōne harum opilationū mingat v̄rina spissa: q̄r cū aperiuſt egreditur materia earū: q̄r faciēs eas. Et ista nō est pus: s̄z illa q̄ egre- dit ex apertōne apostematis est pus t discernunt ab iuicē. Et si hec v̄rina trahit ad nigredinē t pcessit dolor in late- re sinistro significat q̄ est ex splene. Et secundū hanc cōsi- derationē si dolor fuerit supra femur: aut i sumitate ven- tris erit ex parte stomaci. scilicet fundi anterioris, sed tñ plurimum est ex epate: quia epate est magis vicinus v̄nis v̄rine. Et iste canon est manifestus.

Curina turbulēta multotieſ significat casum virtutis. Luniq; virtus ceciderit frigiditas su- perabit que erit sicut illa q̄ exterius ifrigidat:

Cmodo facit quod dictum est: et dividitur in tres sicut tres regulas de turbulenta vrina ponit ibi 2^a (Turbulenta enim) ibi 3^a (Urina que vrinis.) **D**icit primo qd multotiens vrina turbulenta significat casum virtutis. scilicet naturalis et vitalis regulantium totum corpus: unde neq; valent sequestrare humorum ab aquositate neq; putrefactionem prohibere: nec retinere humorum: et ideo fit inde vrina turbida. Et quando cedit virtus tunc vrina est frigida sicut illa que ex erius infrigidatur. nec est in isto casu intelligendum qd hec vrina ex toto mingatur frigida sicut aqua: sed valde paucē caliditatis. Nam tunc calor relinquit membra longinquā a corde et etiam in ipso corde paucificatur.

CUrina turbulenta qd malo vino similis aut aque ciceris ē vrina pgnantissimā aut habentissimā apata calida longi temporis in interioribus.

Hec est 2^a regula in qua dicit qd vrina turbulenta que similatur malo vino aut aque ciceris est vrina pregnantium et habentium apostemata calida longi temporis in interioribus.

Sed hic sunt duo dubia. ^{Primum} quia in pregnantibus debet esse vrina clara similis vrinis virorum: igitur non turbida. **S**ecundum: quia apostemata longi temporis debent esse ex materia frigida que non facit superfluitatem rubeas similem vino. **P**reterea plerique est apostema in interioribus et non apparet huiusmodi vrina ut patet experientia. **A**d primum dicitur qd pregnantes pauci temporis: quia parum menstrui retinuerunt: et quia constrictae sunt vie et id parum menstrui qd superat tendit ad venas matricis et iuvantur in digerendo a calido spermatis viri: iō vrinas habēt claras: sed pregnantes vicine partui: quia multū menstrui retinuerunt et quia illud tunc regurgitat a venis matricis in alias: et est mali coloris. Ideo quandoq; aliquid tale emittunt cū vrina et faciūt vrinā turbidā dicti coloris. **A**d secundū dicitur qd apostemata in interioribus duobus modis: cū sint longi temporis sunt causa dicte vrine. **P**rimo quia epatis virtutem debilitant unde fit vrina cuī permixtione sanguinis mali. 2^a: quia ab illis tādem resultat materia que adustio ne participat et mingitur. Et ideo hec talis mixta cū parte sanguinis et aquositate reddit vrinam dicti modi.

CUrina qd vrinis asinorū aut aialis assimilat et ē qd mulachalch ppea qd ē multū turbida corruptionē huius corporis significat: qd tñ magis significat ē flegma crudis i quo aliq; caliditas opata fuit pp h plerūq; significat capitis dolorem ventrum. et ipz cū grossa vētositate ebulire fecit et pp h plerūq; significat capitis dolore vētuꝝ aut alabachal: et cū perseverat significat litargiam.

Hec est 3^a regula in qua dicit qd vrina similis vrine asinorum et aliorum subingalium: et est quasi mulachalch: qd ē multū turbida: significat corruptionē humorum corporis maxime flegmatis crudis: in quo p operationē caliditatis ventositas fuit generata: et ideo significat capitis dolores ventrum: aut alabachal. **N**ota primo qd mulachalch est aqua qua vtuntur saraceni que est ex aqua rosata cum musco et ambra et gariofilis et alijs odoriferis et est valde turbida. Sed alabachal est egritudo in qua a cerebo flegma descendit ad inferiora: et vocatur stillicidium siue species catarrī: et tunc verificatur regula: quia turbulētia illa non fit sine humorum putredine ut est dictū supra. **C** 2^a: sine ventositate coniuncta parti terree. **C** 3^a: quia ista nec

nigra est nec citrina nec rubea maxime flegmatis significabit putredinem. **C** 4^a: quia ibi est opilatio significatur qd cōcatur capiti: et ideo si retinebitur faciet dolorē capitis iuxta afforismi sententiam. Quibus vrine conuerse turbate velut subiugalium re. **S**ed si non retinebitur faciet catarrum dictum.

CUrina qd colori alicui⁹ membris similat cū perdurat egritudinem in illo membro significat.

Chic ponit extrausantes regulas: et sunt quatuor. **P**rima est qd vrina que similatur colori unius membra et perdurat hoc modo significat egritudinem futuram in illo membro. Et ratio est quia non obstante qd color detur vrine ex permixtione materie et non immediate a membris colore: tamen membra multiplicantia superfluitates multotiens eas faciunt sibi similes quodammodo in colore. Et ideo cum vrina perseverat secundum tam colorē significatur qd membrum continue multiplicat superfluitates expellendas: et ideo tandem egrotabit.

Et qdā dixerūt qd cū i inferiori pte vrīe fuerit aliqd qd pulueri sit simile aut fumo plōgabit egritudo: et si in tota perdurat egritudine prognosticatur mortem aut flegma crudum qd a pure discernitur fetore.

Secunda regula est ex dicto quorundam: qd quando in inferiori parte vrine fuerit aliquid quod est sicut puluis aut fumus egritudo significatur longa. Et si perdurat in tota egritudine prognosticatur mortem aut flegma crudū quod a pure discernitur per fetorem. Ego autem hoc expresse vidi in quadam puella. **N**ota igitur qd multotiens in vrina alba clara superius prope fundum videtur obscuritas ac si fumus esset ibi: et hec quandoq; accidit ab vlcere in vesica aut renibus cum paucissima sanies pellitur: et cum igitur videtur quasi fumus a fundo ascendere multotiens aut quasi per totam vrinam est hoc: et quando leniter declinamus vrinale ad vnam partem appetit iuxta superficiem fumus ille. si igitur in vrina est fetor tunc ē sanies. si vero nō sit fetor significat flegma crudus cui accidit ex putredine ditissimo ad paruas partes sine digestione: et ideo quando protelatur significatur mors cuī significetur qd natura non dominatur humoris.

CUrina habens partes diuersas significat qd quanto plus ptes i ipsa fuerint maiores tanto plus nature operatio est studiosior et natura plus potens et pori plus aperti.

Hec est tercia regula in qua dicitur qd vrina que habet partes diuersas significat qd quanto partes ille sunt maiores tanto nature operatio est studiosior et natura plus potens et pori plus aperti. **N**ota igitur qd multotiens in vrina sunt partes humorales aut in fundo aut natantes que non sunt coniuncte: immo percipiuntur ab alijs diuerse: et quandoq; contingit qd iste sunt partes membrorum ut petala et trumbi. cum igitur sint partes humorales regula est vera: sed si sint partes membrorum: tunc quanto fuerint maiores partes tanto significantur vltima peiora.

CUrina in qua videntur quasi fila ad inuicem mixta significat qd fuit mixta postq; coitus fuit completus.

Quartā regula est qd vrina in qua videntur quasi fila ad inuicem mixta significat qd fuit post coitū mixta. **E**t nō qd hec fila sunt grossa alba ex spermatis parte qd remansit in virga post coitū que cum vrina pellitur.

De significationibus odoris vrine.

Cap. III.

Iterunt quidam se nunq̄ vidisse egrum cuius vrine odor sit sicut odor vrine sani.

In isto caplo Aui. determinat de significationibus vrine per odorez. et diuiditur in duas partes. primo ponit quo rūdā dcm circa hoc. z° ponit significando fm. ppriaz intentionez. ibi z°. (Et nos.) **D**e prima dicit quodā dixisse se nunq̄ vidisse egrum cuius vrine odor esset siliis odori vrine sanoz. **U**bi nota q̄ Aui. de hoc dicto nullū ponit iudiciū suuz veritatis vel falsitatis. Sed veritas est q̄ nō repugnat inueniri odorez in vrina vnius sani et vni⁹ egri: puta si sanus esset coleric⁹ et eger nāliter flegmaticus et egrotaret parua egritudine colerica. **S**ecundus casus est vbi vnius san⁹ sibi vtereſ quadā dieta pmutante odorez vrine vt spagi pmutant: deinde vtendo alia dieta ex egritudine haberet vrina odorez similem illi. **T**ertius casus est vbi egritudo non cōmunicaret nocimētū epati et vys vrine et venis. Nā tunc non oportet vrine odorem pmutari: plurimū tñ variaſ in eodem hoīe odor vrine: qñ de sanitate inculpata trāfit in febrē putridā: qz ea ex gbus vrina hz odorez non seruat pportionē ad oīno similez odori priori.

Et nos qdem dicemus q̄ cū vrina nullo mō odorez habet cōplexionis frigiditatēz significat et superfluā cruditatez. et plerunq̄ etiā significat in acutis egritudinib⁹ mortē nature.

Modo exequit fm. ppriā intentionē. Et tria facit. pmo docet significare ppriatiōez odoris. z° per odorez. 3° per mutationē de odore certi modi ad priuationē. ibi z°. (Lū autem odorez.) ibi z°. in fine. (In acutis egritudinibus.) **D**icit pmo q̄ ppriatio odoris penitus in vrina significat frigiditatē cōplexioſ et superfluā cruditatē et in acutis egritudinibus plerunq̄ significat mortē nature. i. mortificationē caloris naturalis. **U**bi nota q̄ cū odore fundēt in fumali euaporatiōe calida et sicca: et vrina nālis debeat habere odorez acutū sequiſ q̄ ppriatio eius significat ppriationē huius fumalis euaporationis. et ideo frigiditatē: et quia frigiditas est cā cruditatis significat cruditatē. **I**n acutis autē odorez babuerit fetidiū et maturatio nis significationes in ea fuerint erit ipsi⁹ causa scabies aut vlcera in instris vrine q̄ suis cognoscunt signis. Qz si maturatio non affuerit pole erit vt sit ex h: et pole vt sit ex putrefactōe. **L**ucq̄ bec in febribus fuerit acutis et non fuerit causa mēbroz vrine erit signū malū.

Ponit significationes ex odore positivo. et diuidit in sex partes: fm sex regulas: et patebunt partes. **P**rima ergo regula est q̄ fetor in vrina si sit cū signis digestioſ ex parte. l. substātie vrīe et hypostasis significat vlcera i instrumētis vrine. l. vesica aut renibus aut ex scabie: sed si nō fuerit cū signis digōnī: tūc pōt esse ex isto: et pōt esse ppter putrefactionē humorū absq̄ scabie et vlceribus. **U**bi nota q̄ odor fetidus in rebus que nō ex tota specie sunt fetide nō sit nisi ex putrefactionē rei secū cōmixte talis aut res aut est sanies aut alijs humorū vplurimūz. **N**ota z° q̄ qñ

residuū corporis est sanū nō obstante q̄ in vys vrinalibus sit egritudo: tamen vrina multotiens appet digesta: imo digestio in vrina significat sanitates et dñiūz caloris nālis in locis qui sunt supra vias vrine ut infra diceſ. **C**um ergo vrina est digesta et hz odorem fetidū nō est nisi ex putredine vel sanie ab instrumētis vrine: et hec non sunt nisi cum vlcere et scabie i eis, et sic p̄z prima pars regule. **C**ū autē digestio nō est in vrina: tunc etiam potest esse q̄ putredo tāmē non est nisi ex vys vrine: et ideo potest etiā esse ex vlcere vel scabie in eis et potest esse q̄ veniat a superioribus membris: et tūc significat putrefactiōez in eis presertim in venis. **V**rina ergo letida cū sanitate mēbroz vrine significat putredinē in venis. Si ergo volumus discernere ex quo sit talis fetor: hic fit per signa ppriā vlcerū renū et vesice posita i 8° tert⁹. et i 9°. et ex hoc patet 3° pars regule q̄ quādo talis vrina fetida fuerit in fe. acuta et non fuerit cā membrorum vrine: est signum malū: quia significat mate‐rie morbi fortem putredinem.

Et cū ad acredinē traxerit significabit putrefactionē que est in humorib⁹ frigidā habentib⁹ substantiā quos calor superauit extraneus et significabit mortē caloris naturalis et dominiuſ frigiditatis in natura cū calore extraneo.

Ista ē z° regula in q̄ dicit q̄ qñ vrina traxerit ad acredinē significabit putrefactionē q̄ accidit i humorib⁹ sube frigide quos superauit calor extraneus. Sed si fuerit egritudo acuta erit signū mortis et significabit mortē caloris nālis et dñiūz frigiditatis in natura cū dñio caloris extranei.

Ubi nota q̄ per odorez trahentē ad acredinē illā intellicimus que hz odorez acetolum. **N**ota z° q̄ odor acetosus fit ex causis pportionatis ad facienduz saporez acetosum: nec talis fumalis euaporatio innenit in reb⁹ corpulētis nisi cū frigiditate p priuationē fortis caloris naturalis.

Nota 3° ex his q̄ dixi i caplo de hūorib⁹ q̄ acetosus sapor fit duob⁹ modis. Uno mō p viā digōis icōplete v̄l cōplete cū paruo calore nāli. **A**lio mō p viā putrefactiōis p quā calor inatus rei exalat in re habēte humidū et subtile subam sicut accidit in vrina. In vrina ergo cū odore fuerit acris aut acetosus hoc ptingit: qz humores nāliter huius saporis sicut flegma acetolum putrefiūt: et iō separant ab eis partes a nā: et pellunt cū vrina: et tūc significat putrefactiōez in humorib⁹ frigidis subnāliter: aut qz in humoribus alijs tanta accidit putrefactio vt resoluat pars spumosa nālis caloris eoꝝ subiectū. vnde fuit acetosū: et iō hoc erit cum mortificatione caloris nālis innati et dñio caloris exēnei: et qz acuta egritudo fit plerunq̄ ex calidis humoribus: iō in illa vrina hoc significat mortē: qz significat defectū nālis caloris cum multo extraneo.

Odor vero qui ad dulcedinez trahit sanguinis significat dominium.

Ista est 3° regula in qua dicit q̄ odor trahens ad dulcedinem significat dominium sanguinis. et dicitur odor dulcis sicut alijs odores qui a saporibus denominant: vt 2° de aia: et in de sensu et sensato: et 4° colligit: et patet causa regule: qz solus sanguis inter humores est vere dulcis vt p̄z ex his que dixi in capitulo de humoribus.

Et que multum est fetida est colerica.

Hic ponit quartum dicens q̄ vrina multum fetida significat q̄ est colerica semper intelligendo de illis q̄ sunt nō propter vlcera et sanie. **S**ed queritur propter qd est q̄ sanguinei sunt fetidi odoris magis q̄ colerici: et tamen multum fetor in vrina significat putredinem colere. **H**ic dicit Dinus dupliciter vrinam posse fieri multum fetidaz similiter et sudorem. Uno modo: quia multū

Fen. II.

horribilem & molestaz odoratui nro. z° qr valde acute im
primentis pmo modo sanguinea vrina silr sudor sunt ma
gis fetidi qz colerici. Et h vult Gal. de sudore. 8° terapenti
ce. Cz mō sunt magis fetidi colerici: & hoc vult hic Aui.
de vrina: forte autē lz in sanguine vel sua superfluitate fa
cilius accidat leuis putredo ppter caliditatē & humidita
tem: vnde facilis sit fetor in sudore in sanguineo qz in co
lerico: tamē vehemens fetor magis accidit ex putredie co
lere cū putrescit: vñ fella qñ sunt fetida sensi ego eē itole
rabilis fetoris. Et ex h potes alr cām reddere vt pz.

C Et fetida ad acredinē trahēs est melica.

C Ista est 5° regula dicēs qz vrina fetida trahēs ad acredi
nē est melācolica: & cā est: qr flegma nō est ex sui putredie
ita aptū fetere vt melancolia.

C Līqz vrina fetidi odoris i sanis pseuerauerit
significabit febres q ex putrefactioē accidit aut
minorationē putrefactiois q i ipis ē retenta. &
h qdē dñstrabit si illico alleuiatioē habuerit.

C Ista est 6° regula dicēs qz vrina fetidi odoris pseuerans
in sanis significat futuras i eo febres putredinis: qr signi
ficat abundantia humoris apti ad putrescendū: aut signi
ficat qz purgatur corpus a putrido humore in eo multipli
cato: & si hoc sit tunc statim post illaz alleuiat corpus eius:
& causa patet ex dictis.

C In acutis egritudinibz cū fetor vrinā cōtabi
tur: & postea ab ea remouebit fueritqz ablacio
hec subito & post ipsaz non consecuta fuerit re
quies significatio erit casus virtutis.

C Ista est 3° pars capli in qz facit qd dictū est. dicit g qz si in
vrina acute egrotatis fuerit fetor: & postea subito fetor re
moueat: & nō sequit requies: istud significat casuz virtutis.
Ex quo. n. non sequit alleuiatio: sequit qz mā mala adhuc
remanet: & qr fetor subito remouet sigt qz v̄tus de mā nō
pōt expellere: & ideo significat qz cadit ipsa virtus.

C De significatiōibz vrine ex spuma sūptis. Cap. V.



Spuma accidit ex būiditate & ven
tositate projecta i vrinale cū pro
jectione vrine.

C Ponit i isto caplo signa ex pte spume.
& dividit i duas ptes. p docet qdō fiat spu
ma in vrina. z° suas significationes. ibi z°.

(Et spuma.) Prima in duas: qr pmo facit qd dictuz est. z°
remouet dubium. ibi z°. (Vētositas.) C De prima dicit qz
spuma fit ex ventositate & viscositate piecta in vrina: & su
mis hic ventositas p vapore & p aere & p vera vētositate:
& cōstat qz iste due sunt cause māles spume: cū spuma non
sit nisi aggregatū ampullaz: qruz ps circūdās ē viscosa &
st̄eta ē subtilis aerea vel vētosa. Et tu p h lege qz scripsi in
ōmento illi afforisimi. Stragulatoz dissolutoz &c.

C Ventositas vero cū vrina egrediens auxiliuz
p culdubio p̄bet in substantia vrine. & p̄cipue cū
ventositas i corpore superauerit quemadmo
dum in vrina accidit oppilationes habentium
i qua multe sunt ampulle.

C Remouet dubium: quia posset quis dubitare. vnde ve
nit ventositas que est causa spume. Et respondet qz vento
sitas egrediens in substantia vrine: idest que egreditur p
mixta substantie vrine proculdubio prebet auxiliuz in ge
neratione spume. Et hoc patet: quia in vrina habentis opi
lationes multe apparēt ampulle qd non est: qr multa ven
tositas ab eis egreditur cum substantia vrine permixta.

C ubi considera qz intra corpus nō est perisimile in vr

Doc. III.

na esse spumam: quia non est in loco vbi fiat agitatio aut
ebulitio requisita ad spumam: potest tamen cum ea cōiun
gi ventositas: & facit ampullas que dicūtur granula: quia
apparet in medio vrine ad modum granulorū magis lu
cidorum: quādo in lumine prospicitur: sed hec ventositas
cum vrina expellit propter agitationem pōt facere spu
mam. In vrina autem habentium opilationes: ideo fiunt
ventositates: quia ista corpora multum abundant visco
sis humoribus qui per calidum ventosantur.

C Et spuma qdē qñqz cū suo significat coloř si
cū significat sua nigredie & ruffedie i icteritia
Et ē cū punitate sui & magnitudie significat. qm̄
ipsi magnitudo significat viscositatē. Sui vō
multitudie & paucitatem: qm̄ ipsi multitudo si
gnificat viscositatē & multā vētositatē. Et ipa
qdē significat p rupturā suaꝝ ampullaruz cito
factaz. aut tarde. quonias ruptura ampullaruz
tarda significat viscositatēz.

C hic exequit de significatiōibus. Et primo narrat dispo
sitiones spume per quas ipsa significat. z° ex illis docet spe
cialiter significare super dispositionibus renuz. ibi z°. (Et
parue.) C In pmo dicit quatuor: primuz qz spuma quan
doqz significat per suum colorēz: verbi gratia: si spuma est
nigra aut ruffa. i. citrina significat icteritiaz. s. aut nigram
aut citrinam: quia nigra significat exituz melici humoris.
Ruffa colerici. Nam qr plurima mā nigra aut citria cum
vrina expellit: ideo viscosa pars ampullaruz tantaz ba
bet oppacitatem & colorē & appet in spuma colorē eius:
qr non accidit in spuma vrine non multe tincture: qr pro
pter multum aerem inclusum & paucum colorē & opaci
tate viscase partis ampulle appet alba. C Dicit z° qz spu
ma significat sui magnitudine. i. per magnitudinē ampul
laruz: & ille significant viscositate materie: aliter. n. non to
lerarēt multā extensionē. C Dicit 3° qz significat sui mul
titudine: qr multa spuma sigt multā ventositatē: & cā ē cla
ra. C Dicit 4° qz sigt p h qz ampulle cito rumpūt aut tar
de: qr tarda ruptura sigt viscositatis intensionē.

C Et pue qdēz ampulle remanētes i egrediti
nibz renū significant vētositates & viscositatē.
Ad sūmū vero hñor viscosus i egreditinibz re
nuz est mal⁹ & significant hñores malos & frigi
ditatē & illud significat granula qz noiauim⁹.

C Facit qz dictum est dicens qz parue ampulle in egrediti
nibus renū significat ventositatem & viscositatēz: & hoc
quando remanent: & in summa significat malum: quia hu
mor viscosus i eis est malus: quia significat humorē ma
los & frigiditatem. Et hec significant granula qz nūc noia
uimus: scilicet parue ampulle remanentes statim dicte.

C Considera ergo hic qz parue ampulle sunt duoruz mo
dorum quedam apparentes in superficie vrine circa late
ra vrinalis que non sunt cum multitudine: ita qz debeat
dici spuma. Et quedam sunt in medio vrine intra superficie
qz videnē qñqz moueri aut ascēdēdo vel descēdēdo: sicut
athomi qz sunt in radio solis: & oēs iste ampulle vocant hic
etiam granula: lz appropriate medici moderni dicant gra
nula illas ampullas que sunt in medio. C Considera z° qz
in egreditinibus renū: scilicet quando dolor est in renū
bus ista granula significat qz materia frigida trahitur ad
renes: & qz si est ibi dolor augebitur vt colligi pōt i 8° tertij
caplo z°: & hoc voluit hic Aui. C Lauta autē quare granula
hec significant est: qr significant ventositatē & māz visco
sam circundantē qz sunt v̄plurimū a frigiditate.

C De significatiōib⁹ specie⁹ hypostasis. **L**ap. VI.

In primis dicem⁹ qđ medicoz conuenietia in vſu noīis hypostasis ⁊ sedimē iam recessit a via cognita. **H**icunt enī hypostasiz aut sedimē nō illud tñ qđ iferi⁹ descēdit b̄z oēz substantiā que spissioris existit eētie qđ aquositas ⁊ ē ab ea diuisa siue sit suspēsa siue sit supra. **C** In isto ca? Aui. determinat de significatiōib⁹ sumptis ab hypostasi. Et diuidit in duas partes; p̄ ponit descriptionē huius noīis: b̄z illā significationē fm̄ quā est in vſu medico rū. z⁹ signiōes ibi. (Dicem⁹ g.) **C** Primo ḡ dicit Aui. duo. p̄mū est: qđ significatio hui⁹ noīis hypostasis ⁊ s̄l̄r sediminis fm̄ qđ hodie medici vtunē bis noībus recessit a via cognita. i. ab vſu p̄prio istoz vocabulorū. **D**icit z⁹ qđ medici dicūt ⁊ intelligūt p̄ hypostasim ⁊ s̄l̄r p̄ sedimen oēm rem grossioris sube qđ est vrine aquositas. ⁊ ab illa diuisaz; i ea tñ supple contentā: siue stet in fundo siue sit natās siue pēdens. **C** Nō ḡ p̄mo qđ fm̄ cōmē significationē hoc nomē hypostasis d̄z significare rē substantē: nō rē natantē. Dicitur. n. ab hypos qđ est sub ⁊ stasis qđ ē positio. mō res qđ in vrina apparet qñq; sūt i fundo ⁊ pprie dicunt hypostases. Qñq; pendet i medio ⁊ dicunt greco noīe enozma. Qñq; natāt in superficie ⁊ dicunt nephilis. vult ḡ Aui. qđ fm̄ p̄sen- tē vsum vocabuli d̄ hypostasis de oib⁹ istis trib⁹ modis ⁊ ideo recessit a via cognita. i. a proprietate sui vſus p̄mary.

C Nota z⁹ qđ nō oēs res grossioris substātie qđ aquositas vrine d̄ hypostasis. Nā i vrina grossa aut turbida in qua nulla fit sequestratio medici nō dicūt eē hypostasiz; ibi tñ sūt partes hūorales igrossantes ⁊ turbidantes aquā qđ sūt substātie grossioris qđ aquositas: b̄z qđ nō sunt diuisa ab ea: ideo non dicuntur hypostases. dicuntur autē esse ita diuer se vt sensu discerni possint.

C Dicemus igitur qđ hypostasis multis cogno scitur modis: scilicet ex substantia sui ⁊ quantitate ⁊ qualitate ⁊ situ suaruz partii ⁊ loco sui ⁊ tempore et qualitate sue permixtionis.

C Exequit de significatiōib⁹. Et diuidit in duas. p̄mo enu merat dispōnes hypostasis p̄ q̄s significat. z⁹ p̄ illas docet significare. ibi z⁹. (Significatio v̄o.) **C** In prima dicit qđ hypostasis significat multis modis. i. ex sui suba q̄ritate q̄litate: situ suazz partii loco sui tpe. s. sui descēsus ⁊ q̄litate sue p̄mixtionis. i. qđ multū sit mixta cum aquositate aut multū separata: vel qđ faciliter cōmisseā cū vrina p̄agitationē aut nō. sūt ḡ 7. modi quos medici considerant in gbus est utilitas: nec expectem⁹ h sufficiētiā q̄st ista dīsio d̄z eē generis in spē: est. n. subiecti in accidentia: nō oia b̄z qđ utilia sunt ad significandū sup corporis dispositiones.

C Significatio vero eius ex substātie sui ē quo niam hypostasis aut erit naturalis laudabilis demonstrans digestionēz et maturationēz na turalez. et hec erit alba ⁊ descedens inferius ⁊ eius partes cōtinue et similes et eql̄es et opoz tebit vt sit rotunda⁹ habens figuraz eql̄is subtilis similis hypostasi aque rosacee.

C Hic exegē docedo significare sup hos modos. Et diuidi tur i. 7. z⁹ pars icipit distater ab ista p̄ q̄tuor colūnas text⁹ ibi. (Hypostasis vero.) 3⁹ ibi. (Ei⁹ at significatio.) 4⁹ ibi. (Ex ipsius vero situ.) 5⁹ ibi. (Eius autem significatio ex loco.) 6⁹ ibi. (Significatio v̄o.) 7⁹ ibi. (Significatio autē.) Prima in duas. p̄mo subintelligendo vnam distinctionēz

hypostasis ex modo substantie: qđ aliqua est nālis aliqua nō nālis ponit significatōes nālis. z⁹ nō nālis. ibi. z⁹ (Nō nālis vero.) Prima in tres partes. primo enumerat signifi cata ⁊ cōditiones nālissime hypostasis. z⁹ cōparat illā pri mi siue sanie laudabili. 3⁹ rūt gbusdā tacitis dubys. ibi z⁹. (Et p̄portio.) ibi 3⁹. (Et hypostasis) **C** Primo dicit qđ si gnificationes hypostasis ex parte substātie sūt hoc mō qđ qñq; hypostasis est nālis ⁊ laudabilis cui⁹ significata sunt digō ⁊ matūratio nāles: ⁊ ista d̄z esse alba descedens ad fundū ⁊ ei⁹ partes debēt esse cōtinue s̄l̄es ⁊ equales rotunde figure equalis subtilis s̄l̄es hypostasi aq̄ ro. **C** Ubi nō qđ octo sunt cōditiones quas Aui. hic ponit in hypostasi na turali ⁊ laudabili demonstrāte digōnez nālem. Una est qđ sit alba: ⁊ hoc iō: qđ fit p̄ digōnem tertia mēbroz. s. b̄z vna viā. Aut est pars chili fm̄ allā. mō z⁹ digō dealbat ad nām membroz. ouertēdo. Et hanc cām assignat Aui. p̄mo pro nosti. cōmēto vlt. **C** z⁹ cōditio ē qđ descēdat inferius. s. ad fundū vrināl. Et hui⁹ cā ē: qđ cū ipsa sit terrestris respectus aq̄sitatis: est iō grauior: ⁊ nisi derineat a vētositate descē dit: nūc autē qñ ē cōplete digā ē ab ea exclusa vētositatis. **C** 3⁹ cōditio qđ eius partes debent eē cōtinue adinuicem: qđ diuulsio hypostasis significat qđ nō vniormiter p̄cessit actio nature i materia: ⁊ iō nō est complete digesta. **C** 4⁹ cōditio. qđ eius partes sint equales adinuicē: ⁊ intelligitur ista equalitas i mō substātie: qđ vna sit ita grossa sicut alia ⁊ cā est eadē que prioris cōditionis. **C** 5⁹ cōditio est. qđ par tes sint s̄l̄es. s. in colore pp̄ eandē cāz. **C** 6⁹ cōditio ē. qđ sic figure rotūde. vbi nota. qđ verus fundus d̄z esse figure ro tunde: b̄z fm̄ sitū altitudinis d̄z esse p̄nealis figure. Luius causas l̄z p̄les assignat Aneroys 4⁹ colliget: credo tamen eē qđ cū hypostasis pella⁹ mixta cū tota aquositate vrina li ⁊ post partū descensum cōgreget accidit illud qđ in casu plueris vel frumēti ab alto ad cumulū faciendū qm̄ ta les cumuli sūt superius acuti ⁊ lati iōferius. Quidā autē di cunt hoc esse: qđ calor nālis talē figurā intēdit: cuius signū est: qđ cor est talis figure: ⁊ qđ calore nāli agente q̄da⁹ par tes sūt subtiliores q̄s oz i acutū tendere ⁊ de istis est Aeu roys. **C** 7⁹ cōditio est. qđ est equalis subtilis. i. ē tota hypo stasis in mō substātie mediocris ad subtilitez declinis. Nā talis supfluitas qđ cū vrina expelliſ non d̄z esse multū grossa. **C** Ultima cōditio est explanatiua 7⁹ qđ sit similis hypostasi aq̄ rosate. nā expti sūt medici qđ nālissima hypo stasis est in illa subtilitate: scilicet hyposta. aque rosa. Et in bac intelliguntur due: quas addit ylaac: quarum vngest qđ cum aqua cōcutitur mouet versus sursum. z⁹ qđ nō mul tum facit turbidam vrinām. Nam expertū est in bac cō ditiōe venire quādo est optimo: sed quia de hac hypostasi nālis modi substātie non est certū qđ sit ⁊ vñ decidit.

Bubitatur vſrum omnis hypostasis natu

ralis substātie decidaē a 3⁹ digōne qđ est membroz. **C** Et p̄mo arguiſ qđ hyposta sis sequestratur a loco z⁹ digōnis sic. Ab illo loco seq̄straē hypostasis vbi nā cōvertit cibū ad sanguinē: sed hoc est in z⁹ digōne: ḡ assumptū p̄z ex Hal. primo p̄nosticoz. Omēto vlt. cū dixit qđ: est qđ res qđ refugit naturaz vt opereſ in eam ex cibo apud conuersionēz suam ad sanguinē residet in vrina: nō ḡ alterat ab ea vt sit sanguis. cōstat hic qđ Hal. vult partes cibi: que dū natura cibuz cōvertit in sanguinē: refugiunt hanc nature actionem: ita qđ nō sit sanguinis eē hypostasis: ⁊ illud ē pprie in z⁹ digōne. **C** z⁹ sic: nisi hypo stasis sequestrareſ a z⁹ digōne nō oportet qđ plūma hypo stasis expellereſ cū sanguis est in semita digōnis: ⁊ cōp leta digōne minorareſ: cui⁹ oppositū dixit Hal. p̄d crisi i his verbis. Et qñ sanguis remanet in semita digōnis videtur i vzia qđ migis color ad albedinē dcliuſ ⁊ sedimē ea lene ⁊ eql̄e albū plurimū. Lūq̄ cōplet digō addit̄ colore eius ⁊

Fen. II.

minorat q̄ i ipsa resident. Et p̄nā p̄z: nā si hypostasis decidae a digōne 3°, erit pl̄ma: q̄n̄ p̄plet vel p̄pleta erit 3° digōne: nō a n̄q̄ incipiat et dū fit sanguis. C 3° sic: hypostasis aut ē ex pte cibi nō cōuersa ad chilū aut ex pte chili nō cōuersa ad alios hūores: aut ex pte hūoris nō cōuersa ad alias hūiditates se cūdas: aut ex pte secūdaz hūiditatū nō cōuersa in mēbra. nō p̄mū: q̄ p̄cibī nō cōuersa ad chilū nō vadit ad venas et epar i nālissima dispōne: vt p̄z p̄ma huius: caplo d̄ ḡfatione hūoꝝ nec ex pte huoꝝ cōuersa ad hūiditates secūdas. Nā aut talis p̄s eēt i p̄pria sp̄e hūoꝝ: et h̄ ē falsū: tūc. n. hypostasis aut eēt sanguis: et sic eēt rubea sanguinea: et ista ē hypostasis nō nālis: vt p̄z hic ifra i hoc ca. Aut ex colera: et tūc aut eēt citrina aut rubea: et ista ēt est nō nālis. Aut eēt solū flegma: et hoc nō. p̄mo: q̄ tūc n̄ significaret colere aut sanguis digōne. z° q̄ flegma subtiliaꝝ q̄n̄q̄ ita vt putare hypostasis nālis vt infra i hoc ca. cū dicit: pleriq. n. subtiliaꝝ et attenuat vt putetur hypostasis laudabilis supple fl̄a. et q̄ h̄ flegma subtiliaꝝ nō ē talis hypostasis subdit. Quapp i acutis egreditinib⁹ nō ē p̄fidendū i eo q̄ appareat s̄m silitudine laudabilis hypostasis. Silr arguit q̄ nō sit p̄s melie. Aut z° dicereſ q̄ ē ex pte istorū hūoꝝ q̄ cōuertit in supfluitateꝝ hora q̄ fit digōne 3°. vt dicunt ferē oēs medici. H̄ arguit q̄ n̄. p̄q̄ ista nō est pars ex cibo q̄ effugit actioneꝝ nature apud cōuerſionē suā ad sanguineꝝ: vt dixit Hal. loco allegato. z° q̄ nō plurima appareret hora digōnis sanguinis et paucificaret q̄n̄ sanguis ē digestus. 3° q̄ hypostasis laudabilis nō est aliud q̄ hūor facieſ febrē q̄ iam digestus est: vt Aui. dicit p̄ma q̄rti. caplo de cura putridaz in generali. H̄ stat q̄ tales hūores nō sunt cōuersi ad alia nām cū in crisiſ expellat seruātes p̄priā nāz et coloreꝝ: et hypostasis landabilē nō oꝝ esse ex supfluo remanete ex hūore in digōne 3°. Immo est q̄n̄q̄ ipſem hūor digestus 3° digōne. C 4° q̄ hypostasis p̄portio ad significadū sup maturationē materie i toto nō esset sicut p̄portio puris albi ad significandū maturationē apostematis. Nā sanies est ex hūore digesto nō supfluitas digōnis: p̄nā tñ h̄ Aui. in isto ca. statim sequente post parū. C 5° q̄ i p̄ncipio putridaz febrē debet ap̄pare ſedimē meliꝝ q̄ in statu vel agumēto: cū in p̄ncipio nutriat corpus magis: et sit v̄tus min⁹ defecta: iō amplior eēt bona supfluitas digōnis ex sanguine ſequstrata cui op̄positū docet experientia. C 6° q̄ in v̄rinis sanoꝝ eſſet magis q̄renda q̄ eroꝝ. oꝝ. n. vt in sanoꝝ v̄enis sit talis hūor excutiēdus: q̄ oꝝ in eis tale supfluitate aggregari ſue generari cū nō possint stare qn̄ in eis sit 3° digōne: et p̄nā eius supfluitas genereſ. C Similibus modis arguit q̄ nō sit ex ſecūdis hūiditatib⁹. Restat ḡ q̄ non p̄t eē niſi ex pte chili nō cōuersa ad sanguine i epate: ſz post trāſmissa ad vias v̄rine cū aquositate: et iō est decisa a loco z° digōnis: nō tñ genita p̄ ſecūdā digōnē: ſz p̄ p̄maꝝ: et hoc ſentit Hal. loco allegato i p̄ argumēto. Ultio ſi hypostasis eēt ex supfluitate z° digōnis nō videreſ mod⁹ q̄ ſigret ſup digōne epate. Nā digōne 3° p̄ficiet in mēbris poſt epar: et poſſibile ē epate bñ digerēt alia mēbra male digerere et ecōtra.

In oppositū est q̄ hypostasis ſit supfluitas z° digōnis arguit m̄ltipl̄: p̄ ſic. C Niſi hypostasis decideret a digōne q̄ fit i ambitu toti⁹ n̄ poſſet ſigre ſup maturationē materiei i toto: ſz ipsa v̄z ſup taſis materiei maturationē ſigre: vt paulopost dicit Aui. i isto ca. ḡ et c. maior p̄z: q̄ exiēs ſignificās ſuper maturatōeꝝ v̄z ūcida a loco v̄bi fit talis maturatione: et p̄ illā trāſmutari vt coſtat de egestiōe et v̄ria et ſputo et ſudore. C z° ſic. ſi hypostasis eēt p̄cibī chili vel a digōne z° deciſa: ſequif q̄ hypostasis laudabilis nō h̄ ſignificare ſup digōneꝝ materiei faciētis febrē: q̄n̄ illa mā nō eēt i epate: p̄nā h̄ Hal. p̄mo de crisi. et Aui. z° q̄rti: et oēs auctores medicie. Et p̄nā p̄z vt p̄cedēs: q̄ illa p̄cibī a z° digōne deciſa nullo mō p̄mutat ſz permuta-

Doc. III.

tatur ſecundū p̄mutationeꝝ materiei facientis febreꝝ: tō ſup illā n̄ ſignificat. C 3° ſi ita eēt nō eēt hypostasis laudabilis pars humoris faciētis febrē, contra Aui. prima quar ti. caplo ſtatiſ ſupra allegato. C 4° ſequif q̄ in p̄ncipys febrīz humoraliū deberet amplior apparere hypostasis laudabilis q̄ in ſtatiſ et q̄ in ſanitate: p̄nā tñ ſalfum et contra Hal. p̄mo de crisi q̄ ponit in principio v̄rinaz ſine hypostasi: in ſtatu aut et in ſanitate cū hypostasi. Et p̄z Aui. p̄mo q̄ in p̄ncipys taliū febrī minus eſt potens epar digere, re q̄ in ſanitate: et ideo plus remanet de chilo non cōuerso ad ſanguinē. Et q̄ in p̄ncipys febrī multo plus comedit infirm⁹ debite rect⁹ q̄ in ſtatu: multo plus de tali materia hypostatica tunc ſuperfluereſ.

In hac q̄one tres ponā articulos. In p̄ ponā q̄dā cōia d̄ hypostasi q̄ oꝝ v̄nūquēq̄ diſcer. z° narrabo p̄nē plusq̄ ſūmentator. i. 3° dicā illō q̄dā magis mihi v̄r auctoz mentibus conforme in n̄ro q̄ſito.

Quantū ad p̄mū nota p̄q̄ noīe hypostasis cōiter intelligendū eſt ſm v̄ſuz medicorum oēm rē cū v̄rina a corpore expulſam grossioris ſubē q̄ v̄ri na: et ab ea diuersam. ſ. ita vt v̄ſu diſcerni poſſit. Ex quo ſequit q̄ de hypostasi in genere nō eſt dubitadū q̄ q̄n̄q̄ nō eſt pars chili refugiens operationeꝝ nature apud ſuā conuerſionē ad ſanguinē: nec tamē repugnat aliquā hypostasi eſſe talē rem large vt p̄diciſ accepto vocabulo. C Lō ſtat z° q̄ ſumēdo hypotafes, p̄ non nāli non oꝝ oēm taleꝝ eſſe ſupfluitatem z° digestionis. et ideo ſi q̄ſtio generaliter pponereſ nō eſſet v̄l̄r determināda. Reſtringamus ḡ ſitulū q̄onis ad hypotafsim nālis ſubstantie. C Nō z° q̄ hypotafis bone ſubstantie ſignificat ſup digōnē humorū q̄ ſunt in ambitu totius precipue i v̄enis. Iſtud colligiē ex Aui. in particula imediate ſeq̄ente capituli iſtiuſ. C Notā z° q̄ tam humorē ad benignum reducibileꝝ humorē maſignū tunice venarum digerūt. de naturali p̄z: q̄ in eis cōuertit ſanguis ad primā humiditatē de ſecūdīs. Et colligitur et ex Hal. pleriq. locis p̄cipiue p̄mo p̄nōticoꝝ. cōmen to v̄l̄mo. d̄ nō nāli p̄z ex Hal. t̄ p̄mo de differētis febrī. C Nō 4°. q̄ n̄ oꝝ appere hypotafis i v̄rinis ſanoꝝ: vt colligiſ ab Aui. ifra: et a Hal. p̄ de crisi: ſz nō expiſſe. et cā ē: q̄ n̄ oꝝ vt ſit in eoꝝ v̄enis hūor euacuād⁹ p̄ v̄rina. C Nō 5°. q̄ p̄ hypotafis nālis ſubē intelligim⁹ hypotafsim ſignificatiua digōnis humoꝝ maloꝝ i ſanis: et ſilr hypotafis ſignificatiua digōnis humoꝝ maloꝝ nō conuertibiliū ad benignū in ūcauo venaꝝ exiētū: q̄ v̄traq; iſtaꝝ dicaſ hypotafis bone ſubē p̄z ex Aui. hic. Nā dicit q̄ hec hypotafis. ſ. nālis n̄ expectat niſi i egreditinib⁹. et ſubdit q̄ ſi i v̄enis ſanoꝝ ſit hūor crud⁹ meli⁹ ē q̄ ſiat hypotafis in v̄rina aut matura aut nō matura: et Hal. dicit hoc clari⁹ p̄ d̄ crisi. cū vult q̄ v̄rina optima h̄ ſedimen album.

Quantū ad ſcōz articulū p̄ declarāda p̄nē plusq̄ cōmentatoris ſupponiſ p̄q̄ oīs hypotafis laudabilis i v̄rinis ſanoꝝ ē ex ſupfluitate cruda: hec poſtitio p̄z ex Hal. p̄mo de crisi: cū dicit q̄ hypotafis iſtō lenis alba equalis ſignificat q̄ digestio eſt confirmata: et expelliſ a corpore chimis crudis v̄lra mensurā. Modo cōstat q̄ hunc chimū aut oportet eſſe hypotafis aut ſaltē ex eo fieri nam aliter nō ſignificaret hypotafis chimū crudis expelliſ. C Et Aui. in hoc ca. parū iſtra cum dicit In v̄enis autē ſani nō ſemp oꝝ eſſe humorē qui ſit excutiēdus. Sed ſi ſit melius eſt vt hoc ſignificet ex eis ſupfluitates q̄ in eis ſuperfluunt ex cibo a digestione priuate: deinde ſuperfluunt ſuperfluitas que in v̄rina fit hypotafis. C Preterea niſi eſſet ex ſupfluitate cruda non eſſet cauſa multe hypotafis in v̄rina infantium: quia cibus eoruſ trahit ex ſtomačo anteq; ſit bñ digestus. nā hec n̄ adderet ad hypotafis: p̄nā tamen contra Hal. p̄mo de crisi,